UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs XLIII. De Presbytero non Baptizato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61641

Visual Library

ciat polluitur, & violatur regulariter ijsdem modis, quibus Eccleſia polluitur, violatur & reconciliatur, ita tamen, ut pollutâ Eccleſiâ cenſeatur etiam pollutum coemeterium, ſi contiguum Eccleſiæ ſit, non autem, ſi ſit ſeparatum, cùm in illo caſu habeatur, ut acceſſorium, conſequenter polluto principali cenſetur & ipſum pollutum *c. ſi Eccleſiam unico h. t. in 6.*

TITVLVS XLI.

DE CELEBRATIONE MISSARUM, ET SACRAMENTO EUCHARISTIÆ ET DIVINIS OFFICIIS.

QUæ in hoc titulo pluribus capitulis deciduntur, rectius ex rubricis Miſſalis, & Breviarij, ac Theologia peti poſſunt.

TITVLVS XLII.

DE BAPTISMO ET EJUS EFFECTU.

VIdeatur de materia hujus tituli Theologia moralis.

TITVLVS XLIII.

DE PRESBYTERO NON BAPTIZATO.

NOn baptizatus baptiſmo fluminis ſalvari poteſt, per baptismum ſanguinis, aut flaminis, ordinari tamen validè non poteſt, juxta hujus tituli deciſiones; & hinc, ſi ordinatus aliquis fuit, & poſtea innoteſcat baptizatum eum non fuiſſe, baptiſmo fluminis, baptizari hoc baptiſmo debet, & denuo ordinari, quia prior ordinatio, non baptizato, bonâ quidem fide collata, invalida tamen fuit, ut habetur in *c. 1. & 3. h. t.*

TITVLVS